Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lxxxiiij

dei esse ihsu xpm. Et iussit sta re currum. Et descenderunt utrique in aquam philippus et eunuchus et baptizauit eum. Cum autem de scendisset de aqua: spiritus domini ra puit philippum. et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem via sua gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto. Et perlustrans euangelizabat ciuitatibus cunctis donec veniret ce sariam nouum dnm nrm ihsu xpm.

Gradualis. Hec dies. V. Benedictus qui venit in nomine domini ds dnus et illuxit nobis.

Alla. V. In die tribulationis mee dicit dnus precipe vos in galylea. Secreta. Gratias saluator. Per eundem. Communio. Sedens Iesus. Maria stabat iosiam. ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput et unum ad pedes. vbi positum fuerat corpus ihsu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: et nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset. conuersa est retrorsum: et vidit ihsum stantem et nesciebat quia ihsus est. Dicit ei ihsus. Mulier quid ploras. quem queris. Illa existimans quia ortulanus esset. dicit ei. Domine. si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum. et ego eum tollam. Dicit ei ihsus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni quod dicitur magister. Dicit ei ihsus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. deum meum et deum vestrum. Venit maria magdalena nuntians discipulis. quia vidit dominum et hec dixit michi. Offertorium. In die solemnitatis mee dicit dnus inducam vos in terram fluentem lac et mel alla. Secreta. Supplicamus quesumus omnipotens ut in confessione tui nominis et baptismatis renouatis semper in innocentia beatitudine consequamur. P. Con. Populus acquisitionis annuntiare virtutes eius alla qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum alla. Postcommunio. Exaudi domine preces nostras ut redemptionis nostre sacramenta continentes. et vite nobis conferant pennas auxilium. et gaudia sempiterna consequamur. P. Per eundem dnm.

Deduxit eos dnus in spe alla et inimicos eorum operuit mare alla alla alla. Ps. Attendite plebs mea legem meam inclinate aures vestras in verba oris mei. Oremus semper. Oratio. Deus qui paschale sacramentum in regenerationis hominibus fecisti. da mentibus nostris. ut quod professione celebramus imitemur effectu. P. Lectio. c. bti Petri apli. Quia pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis. ut nos offerret deo. Mortificatus quidem carne: viuificatus autem spu. In quo